



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Regvlæ Societatis Iesv**

**Angeli, Bernardo d'**

**Romæ, 1616**

Regulæ Præfecti rerum spiritualium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)



# REGVLAE

## PRÆFECTI RERVM

### spiritualium.

1. **P**raefectus rerum spiritualium cognitionem instituti Societatis, & zelum boni progressus ipsius habeat; & in Obedientia, & Humilitate, exemplum alijs præbeat, &

P.4.c.10.§.7.  
Qualis esse  
debeat.

amabilem se eis exhibeat, vt ad eum omnes confugiant, confidenterque sua omnia detegant, & ab eo consolationem, & auxilium sperent in Domino.

P.3.c.1.§.12.

2. Instruat nostros priuatim, secundum vniuscuiusque captum, quomodo interius, & exterius se habere debeant, & ad id exhortetur, & in memoriam redigat, & aman-

P.3.c.1.§.12.

De quibus nos  
stros instruat.

P.10.§.2.

M ter

ter admoneat, præsertim vt puram habeant intentionem Diuini seruitij, & familiaritatem cum Deo in spiritualibus deuotionis exercitijs, & zelum syncerum animarum.

Quid ab eis  
petet.

3 Petat quem procedendi modum in oratione, & examine habeant, & si contra aliquem defectum examen particulare faciant, & si contra inordinatos affectus propria remedia adhibeant, & in solidis virtutibus acquirendis, præsertim in Obedientia quid obseruent, & de pœnitentijs, & alijs deuotionibus.

Eos in quibus  
diriget.

4 Sicubi in his à rectitudine deflexerint, eos dirigat, iuxta modum Societatis; erga cuius institutum, curet, vt omnes bene affecti sint; & det operam, vt orandi, & meditandi modos, quos docuit Pater Noster Ignatius in libro Exercitiorum, retineant, & vt illo libro familiarissime vtantur: videatque ne dum nostri deuotionem habere procurant, caput lædant, aut vires corporis nimis debilitent.

Lectio libro-  
rum spiritua-  
lium sit illi fa-  
miliaris.

P.3.c.1.5.20.

Curet solari  
afflictos, & te-  
pidos exhortari.

5 Versatum ipsum esse oportebit in lectione librorum spiritualium, & vnicuique decernat tempus, & modum cum fructu eos legendi, qui sint faciliores, & nostro instituto magis conuenientes.

6 Peculiarem habeat curam consolandi afflictos, & tepidos exhortandi, remedia pro cuiusque

cuiusque infirmitate, vel necessitate adhibendo; qualia sunt frequentius communicare, plus temporis orationi impendere, Exercitia spiritualia facere, plus aliquid pœnitentiæ assumere, libros aliquos spirituales legere, & similia. Quæ autem ex his ipse concedere possit, & in quibus ad Superiorem recurrendum sit, ab eo intelligat.

7 Parem quoque adhibeat diligentiam circa Coadiutores temporales, frequenter eos alloquendo, novos præsertim & infirmiores, ut quieti sint, & sorte Marthæ contenti, & pro eorum captu illos instruat, mysteriaque Rosarij doceat, ut maiore deuotione illud recitare possint. Meditationis etiam capita illis suggerat, modum & fructum orationis exigat, dirigatque ubi opus fuerit.

8 Doceat omnes, ut præmissa oratione, & cum magna reuerentia ad Sacramentum altaris accedant, & post eius perceptionem per aliquod temporis spatium orent, & gratias agant.

9 Prætereos, quos satis instructos Superior iudicauerit, cum vnoquoque agere de his ultra mensem ne differat: sæpe vero consideret, quem fructum bonorum operum ex oratione, & ex reliquis rebus spiritualibus colligant, ut in dies magis in Domino proficiant.

P. 1. c. 2. §. 2.  
Coadiutores  
ut instruat.  
P. 3. c. 1. §. 20.  
lit. R.  
P. 4. c. 4. lit. C.  
Dec. 75. §. 18  
Cong. 7.  
Ex Instruct.  
pro Coadiutoribus.

Quomodo  
ad Sacramen-  
tum acceden-  
dum.

Singulis men-  
sibus cū vno  
quoque agat.

Videat ne studia, & alia impediatur.

10 In his autem omnibus videat, ne ordo unicuique præscriptus impediatur, ac præsertim studia illorum, qui literis dant operam, nisi cum Superior aliter iudicauerit.

Peculiarem habeat curam nouitiorum.

11 Curam peculiarem habeat Nouitiorum, si qui Domi, vel in Collegio fuerint, nisi à Superiore aliunde prospectum.

fit: & erga eos obseruare studeat ea, quæ iuxta Magistri Nouitiorum,

& Examina-

toris

Regulas obseruari com-

mode poterunt.

